



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Oratio ad Dominum Iesum Christum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

*Oratio ad Dominum Iesum
Christum.*

DEVS, qui pro redemptione mundi, voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut Agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, falsis retribus accusari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lancea vulnerari. Tu Domine, per has sanctissimas poenas,

penas, quas ego indignus reco-
 colo, & per sanctā Crucem, &
 mortē tuā, libera me à pœnis
 Inferni & concedere digneris,
 vt Sactificium, quod ad lau-
 dem nominis tui offerre intē-
 do, sit mihi in remissionem
 peccatorum, augmētum gra-
 tia, & præmium vitæ æternæ,
 Amen.

Postea te præparabis ad Sac-
 erum, sacerdotalia sumens ve-
 stimenta, recordaberis fasciæ,
 quā Iesu Christi fuerunt vela-
 ti oculi: albi indumenti, quo
 stulti ad instar fuit illusus, fu-
 nium, quibus tam in Horto,
 quam ad coluarnam fuit liga-
 tus, & purpureæ vestis, qua
 fuit illusus, vt fictus rex.

Accedendo ad Altare, re-
minisceris Domini, quando
Cruce humeris imposita, per-
rexit ad montem Caluarie, ve-
ibi Cruci affigeretur.

*Observationes tempore
Missæ.*

1. **A**D altaris descendens pe-
dem, antequam sacro-
sanctam ordieris Missam, tuã
ad Deum eleuabis mentem, ac
denuo de nouo æterno Patri
hoc offeres Sacrificium, in v-
nitione immensi illius amoris,
quo vnigenitus eius Filius, se-
metipsum obtulit in ara Cru-
cis.

2. Incipies Missam voce me-
diocriter alta, benè, distinctè.